UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XX. De diuisione vbi Regis accesserit missus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Visual Library

tonſurare, & ad ſupra ſcriptam baſilicam, vel monaſterium deſeruire, vel pro nobis Domini miſericordiam adtentius exorare.

XX. DE DIVISIONE, VBI *Regis acceſſerit miſſus.*

DVm & diuiſio, vel exequatio, inter illum & illum, ſeu conſortes eorum, de alode lui, aut de agro illo celebrari debet; & quatenus petitio illorum adfuit, vt miſſus de palatio noſtro ad hoc inter eos diuidendum, vel exequandum accedere deberet. Ideo cognoſcite, quod nos miſſum noſtrum inluſtrẽ virũ illum ad hoc inter eos exequãdum viſi fuimus direxiſſe. Propterea per præſens decernimus præceptum, vt ipſum in hoc vos recipere faciatis, & vnicuique ex ipſis iuſtè debita portio terminetur, & decima illius ſumptus litis, quod exinde

in fiſci ditionibus, tam de terra, vineis, mancipiis, vel vndecunque re debetur, ipſe vir ille habeat ex noſtra indulgentia conceſſum, vel quicquid exinde facere voluerit liberam habeat poteſtatem.

XXI. DE CAVSIS ALTERIVS *recipiendis.*

FIdelis Deo propitio ille, ad noſtram veniens præſentiam ſuggeſſit nobis, eò quod propter ſimplicitatem ſuam, cauſas ſuas minimè poſſit proſequi, vel admallare, clementiæ regni noſtri petiit, vt inluſtris vir ille omnes cauſas ſuas in vice ipſius, tam in pago, quam in palatio noſtro admallandum proſequendumque recipere deberet, quod in præſenti per fiſtucam eas eidem viſus eſt commendaſſe. Propterea iubemus, vt dũ taliter vtriuſque decreuit voluntas, memoratus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN